



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS  
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione  
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque  
humanae uitae specu//la**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1540**

De contemptu seu odio mundi Cap. IIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

peius est) scilicet nouissimum uitæ suæ, proponit deo domino suo dare. Non sic faciebat Dauid qui dicebat: Fortitudinem meã ad te scilicet seruiẽdum custodiã. Vñ dicit ecclesiasticus: Noli domino offerre feces senectutis, sed uinum libaminum floride iuuetutis. De peccatoribus pœnitentiã differentibus sic dicit Grego. Satis alienus est a fide, qui ad agendum pœnitentiã tempus senectutis expectat, cum nullum diẽ uitæ suæ in sua habeat potestate. Idcirco iuxta cõsiliũ Isidori, finare debet ad deum unusquisq; pœnitẽdo, dum potest, ne si dum potest noluerit, omnino cum uoluerit tarde nõ possit. Igitur festina ad pœnitentiã charissime, ne tardaueris, ut non cum fatuis uirginibus finaliter excludaris.

*De contemptu seu odio mundi*

CAP. III.

**N**OLITE diligere mundũ, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, nõ est charitas patris in illo. Et mundus transit & concupiscentia eius: scribitur in prima canon. Ioan. 2. cap. Hęc uerba pertractans beatus Augusti. sic dicit: Quid uis utrum amare temporalia & transire cum tempore, an mundum nõ amare & in æternum uiuere cum deo. Amas seculũ absorbebit te, amatores suos uorare nouit non portare. Nota quod mundus est excommunicatus, quia sicut pro excõmunicato in ecclesia non oratur, sic nec Christus orauit pro mundo, qui tamẽ pro crucifixoribus suis orauit. Vñ dicit in ulmo sermone pro ipsis, scilicet discipulis, nõ pro mundo rogo. Stultum est tali domino seruire, qui in fine seruum nudum & sine mercede eijcere consueuit. Sic facit mundus. Vnde le-

1. Ioan. 2.

S P E C V L V M

gitur, q̄ Soldanus rex Babylonie, cum apud Damascum infirmaretur usq; ad mortem, & sciret sibi mortem imminere, signiferum suum uocauit dicens ei: Tu qui soles ferre uexilla mea ad bella, fer nunc mortis mee uexillum, scilicet uilem hunc panniculum per totam Damascum, dicens: Ecce rex orientis moriens non fert secum nisi hunc uilem panniculum. Simile fere legitur, q̄ quidam rex Lothoringie iuuenis cum esset in extremis, respiciens sua palacia & domos suas multas, dixit pluribus audientibus: O dñe Iesu quantum contemnendus est mundus iste? Ecce ego qui tot habui palatia & hospitia, nescio quo debeam hac nocte ire, uel quis me debeat hospicio recipere. Relinque ergo, o peccator, dñm tuum, scilicet hunc mundum, anteq̄ in tanta paupertate relinqueris ab eo, sciens, qm̄ ut dicit Iacobus: Qui amicus est huius mundi, inimicus dei constituetur. Gregorius: Tanto quis est deo proximus, quanto ab amore mundi est alienus. Ad hoc ostendendum Christus nudus extra ciuitatem pati uoluit & crucifigi, ut ostenderet nihil sibi esse commune cum mundo, & quicunq; uolunt consequi fructum sue passionis, debent exire mundum, saltem per affectum & mundanā conuersationem. Vnde dominus dicit Hieremie 51. Fugite de Babylonie, & saluet unusquisque animam suam. Babylon secundum Hieronymum interpretatur domus confusionis, & directe significat hunc mundum, in quo iam heu ubique confusio regnat, tam in clero q̄ in populo, tam in religiosis quam in secularibus, tam in senibus quam in iuuenibus, tam in uiris quam in mulieribus, ita ut merito beatus Iohannes dicat in canonica sua. Totus mundus in maligno positus est. Et ideo cōsulit fugiendum esse ad uitam religiosam, Beatus Bernardus ita dicens: Fugite de medio Babylonis,

nis, id est, de seculo, & saluate animas uestras. Conuo-  
late ad urbes refugij, id est, ad uiram religiosam, ubi  
possitis & de præteritis agere pœnitentiam, & futuram  
gloriam fiducialiter postulare. Non uos pœnitentiæ  
austeritas deterreat, quia non sunt condignæ passio-  
nes huius temporis ad præteritam culpam, quæ remit-  
titur, ad præsentis consolationis gratiam quæ immit-  
titur, ad futuram gloriam quæ promittitur. Sci-  
endum autem, quod mundum debemus fugere pro-  
pter quatuor. Primo enim solent sapientes recedere à  
loco infecto a pestilentia uel fœtore, maxime quando  
uel egros se sentiunt uel egrotaturos agnoscunt. Ta-  
lis est mundus quia quot mala exempla peccantium  
in eo uidemus, tot fœtores inficientes animam nostram  
recipimus. Idcirco quia cum peccatum sit morbus cõ-  
tagiosus, fugiēda est societas malorum. Non enim est  
tutum sanis cum leprosis habitare. Ecclesiast. 13. Qui  
tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communi-  
cauerit superbo induet superbiam. Noluit Iacob ha-  
bere Esau socium itineris sui. Hieronymus: Certe nil  
tam nocet homini quam mala societas. Talis enim ef-  
ficatur homo, qualium societate fruitur. Nunquid cū  
agno lupus habitat. Vir castus certe luxuriosi societa-  
tem aufugit. Plus quam impossibile puto, uirum di-  
uitius in bonis permanere operibus, qui malorum assi-  
dua conuersatione utitur. Cum sancto, (uociferatur  
Psalmista) sanctus eris, & cum uiro electo electus eris,  
& cū peruerso peruerteris. Sicut enim mala nocet cõ-  
uersatio, ita prodest bona. Nullus potest huic compa-  
rari thesauro. Qui bonam inuenit societatem uitam  
inuenit, diuitijs affluit. Certe uera dicā, praro homo  
uel bonus uel malus efficitur, nisi ob societatis cau-  
sam. Pueri cor tanquam tabula rosa, in qua nihil  
depi-

Peccatum  
morbus cõ-  
tagiosus.

SPECVLVM

Hiero.

depictum est fore dicitur. Illud ergo quod a societate recipit, usq; ad senectam retinet, siue bonum siue malum sit. Hæc Hieronym. Debemus ergo elongari a mûdo propter mali uicini molestiam. Nullius autem uicini potest ita nocere, sicut uicinitas peccatorû, quorum mundus plenus est, ut patet ex iam dictis. Secundo solent sapientes recedere a locis, in quibus timent se tradi in manibus inimicorum suorum. Sic facit mûdus: Vnde ei congruit illud uerbum Iudæ proditoris:

Matt. 26.

Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hæc uerba dicit mundus demonibus. Nam quos mundus in præsentem osculatur, id est, exultat honoribus, hostibus suis, scilicet demonibus, tradit. Vnde signum manifestæ damnationis est in hoc mundo sua beneplacita adsequi, & a mundo diligi. Itaque omnino oportet nos per multas tribulationes acquirere regnum dei, Errauit in uia per dilitias & diuirias festinat ire. Hæc Beatus Hieronymus. Tertio solent sapientes elongare ab aliquo loco propter ipsius periculâ. Mundus iste est locus periculosissimus, propter quod mare dicitur. Vnde dicitur per psalmistam Dauid: Hoc mare magnum & spatiosum. Periculum huius maris, scilicet mundi, iuxta uerbum Bernardi, probat transeuntium charitas, & pereuntium multitudine in mari Mariliæ de quatuor nauibus uix saluatur una, In mari huius mundi de quatuor animabus uix saluatur una, quasi locus diluuij est mundus iste, ubi pauci respectu pereuntiu saluantur. Mundus enim est sicut fornax Babylonica igne infernali succensa, ideo ualde timendum est homini in eo, quæ ad solum unius uerbi accenditur igne iracundiæ, ad aspectum unius mulieris igne luxuriæ, ad aspectum unius rei preciosæ igne cupiditatis. Quarto elongat se ho

mo diffidatis ab aliquo loco propter inimici capitalis timorem. Inimicus noster capitalis est diabolus qui iuravit mortem nostram, qui est princeps mundi, a quo nos elongamus, dum mundum deserimus. Vnde Ecclesiast. admonet: Longe esto ab homine potestatem habente occidendi. Homo iste est diabolus, qui dicitur homo ab homine deuicto. Matthæi 13. Inimicus homo hoc fecit. Præterea sciendum, quod aliter perfecte uinci non potest mundus, nisi per exitum ab eo. Vnde legitur in Vitis patrū, quod beatus Arsenius adhuc in palatio imperatoris existens rogauit deum dicens: Domine obsecro, dirige me ad salutē. Et uenit ei uox de cælo dicens: Arseni, fuge homines, & saluaberis. Ipse autem statim ad monachalem uiram descendit. Iterū autem orauit dicens: Domine dirige me ad salutem. Et uox de cælo iterum dixit: Arseni, fuge, tace, quiesce. Hæc enim sunt radices non peccandi. Nam in fuga uincitur concupiscentia carnis, taciturnitate superbia uitæ, quiete desideriorū auaritia. Item Isidorus ad mundi contemptum nos exhortans sic ait: Si uis esse quietus, nihil seculi appetas, semper quietem habebis mentis, si curas seculi a te proieceris. Abijce a te, quicquid bonum propositum poterit impedire. Esto mortuus mundo, & mundus tibi. Mundi gloriam tanquam mortuus non aspicias, ab affectu huius mundi tanquam mortuus iam te separa, sicut sepultus non habeas curam de seculo. Tanquam defunctus ab omni te purga negotio, uiuens contemne quod post mortem non poteris habere. De uita huius mundi sic dicit Hieronymus: O uita mundi non uita, sed mors, uita fallax, uita onusta tristitibus imbecillis & umbratica, uita mendax, nunc flores & statim arescis, uita priuans uitam cui inres, uita fragilis, uita momentanea & caduca, quæ quanto magis

Ecci. 9.

## SPECVLVM

gis crescis, tanto magis decrescis, cum plus procedis,  
 plus ad mortem propinquas. O uita plena laqueis,  
 quot in mundo homines illaqueas, quot per te iam su-  
 stinent tormenta infernaliam, quam beatus qui tuas  
 agnoscit fallacias, quam beatus qui de tuis non cura-  
 rat uanis blanditijs, quam beatissimus qui te bene pri-  
 uatus est. Augustinus: Mundus clamat ego deficiam,  
 caro clamat ego inficiam, diabolus clamat ego decipi-  
 am, Christus uero dicit ego reficiam. Miser quem se-  
 queris. O charissime si haec quae iam legis te non mo-  
 uent ad cōtemptum mundi & eorum quae in eo sunt,  
 audi beatum Bernardum de mūdi amatoribus ita di-  
 centem. Vae illis qui uis praeparatur dolor uerum,  
 ardor flammarum sitis continua fletus & stridor dehi-  
 tium, horribiles facies daemonum, ibi mors optabi-  
 tur & non dabitur, ibi nullus ordo, sed sempiternus  
 horror. Quis tunc putas erit meror. Quis lucius. Que  
 tristitia, quando iniustus separabitur à consortio ius-  
 torum, & tradentur iniusti potestati daemonum, &  
 ibunt cum eis ad aeternum supplicium, gaudia para-  
 di si nunquam suscepturi, sed perpetuo cruciandi, ibi  
 torquens nec puniens fatigabitur, qui torquetur non  
 morietur, & sine spe ueniae uiuent & non moriantur,  
 morientur & non consumentur. Isidorus: Si habes  
 sapientiam Salomonis, si longitudinem uitae Enoch,  
 si pulchritudinem Absalonis, si fortitudinem Samso-  
 nis, si Ptolomei potestatem, si diuitias Cræsi, qd pro-  
 dederit tibi si tandem caro tua daretur uermibus, ani-  
 ma daemonibus cum diuite crucianda sine fine. Item  
 mouere te debet ad despiciendum hunc mundum, &  
 ea quae in ipso sunt breuitas praesentis uitae, & incertis-  
 tudo mortis. Vnde Gregorius: Reprobos mentes  
 idcirco nequiter agunt, quia se uiuere hic diuicius ar-  
 bitran-

**Isidorus.**

**Gregorius.**

bitrantur. Iusti uero dum breuitatem uitæ suæ confi-  
 derant, elationis & immunditiæ culpas declinant. De  
 breuitate præsentis uitæ dicit Iacob<sup>9</sup> in canonica sua: Iacob. 4.  
 Quid est uita nostra nisi uapor ad modicum parens,  
 & deinceps exterminabitur. Augustinus: Vita hominis  
 uita breuis est ab infantia usq; ad senectutem decrepi-  
 tam. Adam si adhuc uiueret & hodie moreretur, quid  
 illi uitæ longitudo profuisset. Idem: Quicquid tempo-  
 ris uiuitur de spatio uiuendi demitur, ut omnino ni-  
 hil aliud sit tempus presens quam cursus ad mortem.  
 In quo nemo stare paululum uel tardius ire permitti-  
 tur, sed urgentur omnes pari motu singulis diebus fa-  
 cere unam diætã ad corporis mortem. Seneca: Quoti-  
 die morimur, quia quotidie demitur aliqua pars uite  
 nostræ. Ecce dilectissime si bene te inspexeris, & uer-  
 ba iam libri scripta & etiam postea scribenda cordis  
 auribus diligenter perceperis, potius debes dicere: Va-  
 tio mori credens per longum uiuere tempus. Forte dũ  
 es hæc est ultima, uado mori. Tu autem æstimas diu  
 uiuere, & hæc temporalia bona & mundana gaudia  
 annis multis in delicijs possidere. Sed charissime nõ sic.  
 Homo enim, ut ait Iob, uanitati similis factus est, dies  
 eius sicut umbra prætereunt.

*De falsa gloria mundi potentia & dignitate ac  
 caducis eius diuitijs contemnendis.*

*Cap. V.*

**V**bi sunt principes gentium, & qui dominantur  
 super bestias quæ sunt in terra, & qui in aui-  
 bus celi ludunt, q; argentũ thesaurizant & aurũ  
in